

Fl. 270

A) Bernburgener Jr.

Tabl. 2) - 44)

nicht vollendet
nach RK







AVSPICE ET IVVANTE DEO,
ad
THEOREMATA SVBSEQUENTIA

DE
EMPTIONE
ET VENDI
TIONE;

PRAESIDE
HENRICO ANDREA CRA-
NIO VVARSTENO VVESTPH. IN IN-
*clyta ac celeberrima Academia IVLIA, qua
est Helmstadij, pro virili
respondebit*

ERICVS CALENIVS
VVoldenberg.

ad diem 6. Iunij horis & loco consuetis.

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius.
Anno MDCCXII.





NOBILISSIMIS, STRENVIS,
ET AMPLISSIMIS VIRIS,

DN. GEBHARDO,
& DN. LVDOLPHO ab Aluenschleben
hereditarijs in Arckleben & c.

Dn. GEBHARDO à Meiendorff hereditario
in Bimmendorff/ & c.

Dn. CHRISTOPHORO à Beltheim
HERMANNI FILIO hereditario in
Bartensleben & Aluenschleben.

*Dominis patronis & Meccenatibus suis, omni
decore, reuerentia & obsequio unice colendis.*

Hæc de emptione & venditione theoremata in
grati animi significationem, & perpetuæ
obseruantiaë monumentum

offert, inscribit

& dedicat

*Ericus Calenius VVolden-
bergius Resp.*



DE EMPTIONE ET VEN- DITIONE.

TH. I.



Mptio venditio à fine suo proprio rectè defi-
nitur; quod sit contractus, qui solo consen-
su *a* de merce *b* emptori tradenda *a*, ac pre-
cio *d* certo *e* numario *f* venditori dando *g*
perficitur.

a pr. I. de obl. ex consens. l. 2. de O. & A. l. 1. in
fin. h. t. *b* d. l. 1. h. l. 8. eod. l. 1. de rer. permut. *c* l. 11. §. 2.
l. 30. in f. de act. empt. l. 25. h. *d* in f. pr. I. h. l. 2. §. 1. l. 55. l. 36.
h. t. *e* d. pr. vers. precium autem. *f* §. 2. I. h. l. 1. §. 1. ff.
eod. *g* Paul. 1. sent. 13. §. 4. Breuius ac magis logicè definitur
contractus, qui consensu de merce ac precio perficitur dd. ll.

2. Huius definitionis singula membra eo, quo proposita
sunt ordine, declarabimus, & quæ ex iisdem scaturiunt quæ-
stiones nobiliores ac difficilioresexcutiemus. Et cum con-
sensu iniri emptionem dixerimus; hinc illud dubium nobis
extricandum, quipactum emendi, vendendi differat ab em-
ptionis contractu? cum illud nihil cum hoc habeat commu-
ne, differre *a* rectè cum Zoannetto *b* concludimus.

Causa effi-
ciens.

a per l. 7. §. 1. de pact. Vacun. à Vacun. 1. declar. 22. confer l. 7. §. f. de curat.
fur. l. 63. de V. O. Costa. lib. 1. select. interpp. 13. n. 3. 4. *b* ad l. 2. C. de
pact. int. empt. & o. n. 73. & 85. Muda. in l. 7. n. 9. ff. h. t. A quibus
recedit. Peralta ad l. nemo. n. 95. de legat. 1. adde Gomez. ad §. in
personam. de act. I. n. 39.

3. Exinde quoq; conficitur, rei traditionem, & precij
numerationem ad hunc contractum emptionis perficien-
dum necessariam non esse *a*; ac proinde inter absentes per

epistolam vel nuncium rectè contrahi *b*: ideoq; si alijs probationibus veritas de fide contractus ostendi potest, instrumenta frustra desiderantur *c*.

a l. 2. §. 1. h. t. *b* l. 1. inf. eod. l. 2. §. 1. 2. de O. & A. *c* l. 10. C. de fide instr. Paul. 2. sent. 17. ubi Dd. Borcholt.

4. Ex eodem fonte & illud scuturit dubium, an, si non in corpore *a*; sed in materia dissentiant contrahentes, vitietur hic contractus? Si in totum in materia erratum sit affirmamus, si in parte negamus *b*.

a l. 9. l. 11. §. 1. h. t. l. 21. §. 2. de act. empt. Error nominis aut qualitatis ipsius mercis nihil facit. arg. dd. ll. *b* l. 14. & d. l. 9. in fi. h. t. Cuiac. 2. obs. 4. & in l. 22. de V. O. ubi Donel. & Duar. Conan. 7. com. 6. Dissent. Accurs. & à Dn. Vulteio relati 1. l. R. 35. n. 55. & in com. Inst. hic. ubi conciliat antinomiam, qua videtur esse inier l. cum eo. 41. §. f. & d. l. 14. ff. h. t.

5. Quod si in accessionibus mercis principalis erretur, emptio & venditio nihilominus valebit; sed res, quam venditor intellexit, emptori debebitur *b*; siquidem in hoc contractu conuentio ambigua *c* pro debitore *d* contra creditorem interpretanda veniat. Idemne si in pretio dissentiant contrahentes? Nequaquam *e*.

a l. 34. h. t. Don. in l. 83. §. si Stichum. n. 5. de V. O. P. Fab. in l. 67. de R. I. *b* d. l. 34. h. D. Borch. intr. de pact. cap. 5. n. 55. *c* ambigua conuentio quid sit vide apud Don. in l. ubi 31. pr. de reb. dub. *d* siue is sit emptor l. 172. ubi P. Fab. de R. I. l. 39. de pact. l. 21. h. t. siue sit venditor d. l. 34. pr. l. pen. §. f. de act. empt. vide Cuiac. 1. obs. 10. & 9. obs. 37. & in l. 83. de V. O. *e* l. 9. pr. h. t. confer l. si decem. 52. locat. §. prater ea. I. de inutil. stip. Gaius lib. Inst. tit. de obligat.

6. Qui ergo consentire valent, naturâ & lege non prohibente, rectè emunt, vendunt, adeoq; nemo inuitus vendere cogitur *a*: nisi forsan testamento iussus, vel ratione communionis, vel annonâ ingrauescente subditi à magistratu frumentum aliaque victualia pro certo ac iusto precio vendere compellantur *b*.

a l. 11.

a l. 11. l. seq. l. p. C. h. t. *b* l. 1. §. cura carnis. ff. de off. pref. urb. ubi
Dd. com. & in l. f. ad l. Jul. de annon. Myns. 5. obs. 27. Conar. 3. var.
resol. 14. Roland. 1. consil. 62. n. 24.

7. De patre & filio neutiquam expedita quæstio est, num
emptionis obligationem inter se contrahere possint? Nos
hic bonorum distrahendorum qualitatem inspiciendam pu-
tamus *a*, ita ut contractus emptionis inter patrem & filium
de Castrensi *b*, & quasi, item de aduentitio *c* peculio perfici
posse non diffiteamur.

a l. 4. de iudic. l. 16. de furt. c. queritur. 2. q. 7. Menoch. 15. recup
poss. n. 280. Duar. de iuris d. c. 6. n. 1. *b* l. 2. pr. h. t. *c* l. f. §.
ipsum autem. vers. filius autem fam. C. de bon. qua lib. §. 1. I. per quas
person. cuiq. acq. Sed Barz. in l. frater à fratre. n. 50. de condict. indeb.
Gomez. eod. tit. n. 2. hoc affirmant de aduentitijs eo tantum casu, quan-
do ususfructus ad patrem non pertinet, per auth. excipitur. C. de bon.
qua lib. item si bona fide & palam in presentia iudicis & propinquo-
rum hic contractus perficiatur, aliàs non quia pater legitimus sit admi-
nistrator filij l. 1. C. de bon. matern. ac proinde eo authore hunc contra-
ctum inter illos fieri non posse. §. f. I. & l. f. ff. de auth. tut.

8. Porrò consensus, quo contrahitur emptio venditio,
de Merce *a* interponitur *b*: Res autem vendi possunt omnes,
quæ in commercio sunt *c*, tam præsentis, quam futuræ *d*.
Quinimò & spei *e* siue alexæ emptionem valere *f* rectè Ictis
placuit.

Materia, &
quæ res di-
strahi pos-
sunt, aut
non.

a Cuius appellatio stricta ad res mobiles tantum pertinet. l. 66. de V. S.
sed largè sumpta porrigitur ad omnes res quæ venduntur. l. 1. pr. h. t. l. 1.
pr. de rer. permut. *b* l. 8. l. 57. l. 15. h. t. *c* l. 34. §. 1. h. t. *d* rei
tamen, quæ antè venditionem in rerum natura esse desiit, nulla est em-
ptio. d. l. 15. d. l. 57. h. *e* cuius emptio præsens & pura est, & tenet,
licet nulla res sequatur d. l. 8. §. 1. h. t. Secus si rei futura sit emptio; hæc
enim semper conditionalis est d. l. 8. pr. ac proinde nullis natis fructibus,
emptio nulla est. arg. l. 8. pr. de peric. & rei vend. & datum precium
conditione sine causa repetitur. gl. in l. 39. §. 1. in verb. responsum est.
ff. h. t. Si qui verò nati fuerint, quantumvis tennes, perficitur emptio, nec
fit emptori ulla remissio ob sterilitatem, teste Mudoæo sup. d. l. 8. n. 4. h.

A 3

f veluti

f veluti cum captus piscium, vel auium, vel missilium emitur d. l. 2.
pr. & §. 1.

9. Et non tantum corporis; sed & iuris *a* emptio valet: Verum emptio annui census vel redditus vulgò wiederkäufflich Zinse/ num sit contractus licitus, quidam ambigunt? Et siue redditus constituatur in pecunia siue frumento, vel alijs rebus, modò secundum constitutionem Caroli Quinti pro centum duntaxat quinq; dentur & accipiantur *b*, eum valere contra Hotomanum *c* defendemus.

a ut puta hereditatis, actionis, t. t. ff. & C. de hered. vel act. vend. seruitutis l. 47. h. t. l. 12. §. usufr. l. 38. de usufr. l. 8. §. f. de peric. & com. rei vend. *b* vide die Reichs Abschied/ tit. von wücherlichen Contracten/ sub anno 1530. & anno 1548. Gail. 2. obs. 7. & 8. per Nou. 160. in pr. & c. 1. & 2. in ext. h. t. l. 14. C. de SS. Eccles. D. Borch. de usur. c. 4. n. 32. & seqq. Phil. Melanth. lib. 2. Ethic. fol. 129. Ioan. Niell. disp. feud. 3. th. 2. in pr. *c* lib. 2. obs. 15. Sed (quod scire debebat.) in his & similibus questionibus ita religiosi esse debemus, ut religio in superstitionem non mutetur; & cauendum ne ex Scylla in Charybdim incidamus, & dum huiusmodi non iniquos contractus nimium oppugnamus, interim conuiuendo contractus Reipublicæ longè perniciosiores radices agere permittamus.

10. Difficilima est in hoc tractatu quæstio, an ad emptorem hereditatis vel ad alios singulares successores ius accrescendi transeat? Consentiens omnium ferè vox est, quod transeat, quod saltem quoad effectum probamus.

arg. l. 15. de legat. præst. l. 83. de acq. hered. l. Titio. 51. de usufr. omninò hanc sententiam probat l. 2. C. de hered. vel act. vend. Duar. de iure accresc. c. 6. Curt. Iun. in l. un. C. quand. non petent. part. pet. accres. Dissent. Cuiac. 12. obs. 13 mouetur d. l. 2. l. 5. C. de her. vel act. vend. l. 2. ff. eod. l. 4. §. f. si quis omis. caus. test. l. 2. C. de pact. l. 8. §. sed quod Papin. f. de minor. arg. l. 25. de petit. her. l. Imperator in f. l. seq. de legat. 2. Sed communem contra Cuiac. defendit Ioan. Robertus 3. animad. 12. Replikat Cuiac. in not. Anton. Mercat. lib. 3. c. 12. Triplicat verò Robert. lib. 3. not. ad Mercat. c. 12. Cuiacium sequitur Treutl. h. disp. th. ult. Latè Vasq. de succes. progr. §. 22. n. 65. & seqq.

II. Qua-

11. Quarundam tamen rerum emptio venditio non valet: utpote rei luæ *a*, rei litigiosæ *b*, annonæ militaris, & frumenti Canonis publici *c*: Magistratus quoq; ad annonæ caritatem vitandam, prohibere potest, ne quis ultra necessitatem & indigentiam emat *d*.

a idq; in tantum verum est, ut licet iussu emptoris, ignorantis rem suam esse, alij tradideris, dominium tamen non transeat l. etsi 15. §. 1. h. t. qua pugnare videtur cum l. pen. de reb. cred. de qua vide gl. ibid. & Mude. ad d. l. 15. c. 3. n. 3. & 4. *b* l. 1. §. 1. de litigios. l. 1. §. f. qua res pign. obl. l. 1. §. 1. ad S. C. Vellei. l. 2. l. f. & anth. si heres. C. de litig. Myns. 1. obs. 55. ubi recipit quosdam casus. Cuiac. in par. ff. & C. de litig. *c* l. 3. l. 4. C. qua res venir. non poss. *d* Gomez. tom. 2. cap. 2. b. t. n. 51. cum Satyc. in l. 1. C. de Episc. aud. colum. fin.

12. Hinc eleganter quæritur, quando plures res simul venduntur, & vna earum vendi prohibetur, an tota corruat venditio? Quidam *a* vtilem per inutilem non vitari tradunt, quos sequi iuris ratione prohibemur *b*.

a Panorm. & alij in c. querelam. n. 7. de simon. *b* arg. l. si duos 44. h. t. confer Ias. in l. 1. §. sed si mihi. n. 21. de V. S. & 1. consil. 55. n. 3. Regland. à Valle. 4. consil. 100. n. 14.

13. Similiter & Eunuchorum Romanorum emptio & venditio eliminanda est *a*. De iure autem vendendi liberos *b* duo præcipuè in disquisitionem veniunt, vtrum matri æquè atq; patri venditio illa sit permessa: Et an quoslibet liberos indistinctè propter nimiam egestatem victus causa vendere licitum sit? Prius negamus *c*: posterius affirmamus *d*.

a l. 1. l. 2. C. de Eunuch. ubi Si hard. *b* ex l. 2. C. de patrib. qui filios distr. *c* per d. l. 2. iunct. rubr. eiusd. tit. qua concepta est: De patribus, qui filios distraxerunt, & arg. §. fin. I. de patr. pot. & §. foemina 10. I. de adopt. Dissent. quidam per l. 1. C. d. t. ubi simpliciter parentum mentio fit. item, per rationem d. l. 2. C. eod. Interim tamen ex mente atq; ita ex naturali equitate potius, quam civilis iuris dispositione venditionem istam etiam matribus competere dicerem. *d* per rationem d. l. 2. & quia venditio liberorum in fauorem parentum &

totius

totius familiae introducta est. Pinel. in rubr. p. 2. n. 28. C. de bon. matern. Dissent. pleriq; existimantes sanguinolentos, hoc est, recens natos, quasi adhuc matricis sanguine maculatos, & sic infantes tantummodo distrahi posse, Nituntur arg. l. 1. & l. 2. C. d. t. verb. sanguinolentos. Sed hac ratione fauor iste restringeretur vehementer. Quid enim si pater filium recens natum non habeat? an tum fame potius pereundum, quam ad liberorum infantiam egressorum venditionem deueniendum? Hoc equidem Constantin. in d. l. 2. voluisse nunquam credidero. Nec urget d. l. 2. in qua non Sanguinolentos; sed Sanguinolentus legendum est, ut ex Holoandro, cum com. Dd. schola docet Doctis. Pinel. d. loc. ut sensus sit, patrem per liberorum venditionem sanguinolentum sibimetipsi quodammodo videri. arg. §. fin. I. de nox. act. Deinde quod Gothofr. ibid. addit, filios infantiam egressos fortasse patrem ad pellendam famem operis suis iuuare posse, illud, inquam, in coniecturis & ambiguo euentu penitus consistit, & ad fortasse, respondendum est, non fortasse.

14. Consensus vt de merce, de qua iam egimus; sic & de precio interponitur, quod in pecunia denumerata consistat oportet *b*: Quid autem, si premium rei quis ponat donationis causa non exacturus? vendere non censebitur *c*.

Premium.

a §. 2. I. h. t. l. 2. §. 1. l. 55. l. 36. ff. eod. l. 9. l. 8. C. eod. *b* l. 1. §. 1. h. d. §. 2. I. e. *c* d. l. 36. l. 11. §. & in primis. ff. de act. empt. confer Conan. 7. com. 6. Robert. 3. sent. 6. Forcat. in Necyom. dial. 48. Duar. 1. disp. 6. Ant. Fab. 6. coniect. 9. Arist. 5. Ethic. 5. & hac est species gratiosa venditionis, de qua text. in l. 2. C. de fid. & iur. inst.

15. Premium autem certum esse debet *a*. Vnde quaeritur an premium in arbitrium tertij, puta Titij, conferri possit, eo affectu, vt si Titius non arbitretur, contractus corruat? Quod affirmamus *b*, idem in reliquis tam bonæ fidei, quam stricti iuris contractibus obtinere contra Cuiacium *c* existimantes *d*.

a pr. inf. I. h. l. 7. §. 1. eod. *b* §. 1. I. h. l. f. C. eod. *c* ad l. 43. de V. O. *d* quia illa verba: arbitrata Titij & c. conditionem in se habent personæ annexam, si videl. Titius aestimauerit & c. Hac igitur conditione deficiente, deficit etiam contractus l. 75. ff. pro soc. l. 25. locat.

locat. l. f. h. t. l. 43. l. seq. de V. O. ubi Duar. & Donel. n. 9. & seq. confer l. 45. de rec. arb. P. Fab. in l. personam 22. §. 1. n. 8. 9. de R. I. Hot. 5. obs. 21. Pac. 5. q. 3.

16. Si verò arbitretur, eius sententiæ, modo non sit iniqua, omninò standum est *a*: Iniqua & in hoc & in reliquis contractibus corrigitur arbitrio boni viri *b*: In hoc tamen contractu, vt & in locatione, speciale est, vt non recedatur ab arbitri sententia, nisi læsio ultra dimidium probetur *c*.

a §. 1. I. h. l. f. C. e *b* l. 30. de oper. libert. Duar. & Don. dd. loc. n. 16. & seqq. Diss. Hot. Pac. Cuiac. sup. dd. loc. *c* d. l. fi. C. h. l. 26. locat. iunct. l. 2. C. de rescind. vend. Donel. d. lo. n. 19. Dissent. Accurs. ad d. §. 1. & Schneid. ibid. n. 5. Vid. Menoch. 2. arb. ind. q. cas. 145.

17. Ex præcedentibus & illa oritur quæstio, vtrum his verbis: *Vendo tibi fundum istum certo precio*, emptio venditio contrahi possit? Affirmat. ad stipulamur.

arg. §. 1. I. h. l. 7. eod. l. 16. §. f. de pignor. Dissent. Dd. com. contractum in nominatum esse asserentes, quos refert, non sequitur, Fachin. 2. q. 1. Pinel. in l. 2. C. de resc. vend. in 2. p. rubr. c. 1. n. 21. qui utrumq; negare videtur.

18. Hæc quando interuenerunt, venditor mercem siue rem tradere *a* tenetur. Sed hîc momentosa dubietate disputatur, num venditor ad traditionem rei venditæ præcisè teneatur, an verò præstando interesse liberetur? Et venditorem, modo tradendi facultas appareat, ad rem præstandam omnimodò teneri, nec præstando interesse liberari contra Dd *b* vulgò tuebimur *c*.

a non dare tenetur l. 11. §. 2. l. 39. inf. de act. empt. l. 25. h. t. & hoc etiam de emptionis forma est, qua distinguitur à permutatione l. 1. pr. de rer. permut. l. f. de cond. caus. dat. Cuiac. 23. obs. 29. & in l. 7. d. pact. fol. 18. b Antiq. gloss. Bulgar. quem sequuntur Conarr. 2. var. res. 19. n. 1. Donel. in l. 72. n. 40. de V. O. & 15. com. 3. pag. 384. Vaud. 1. q. 9. Fachin. 2. q. 30. Pinel. in l. 1. p. 2. c. 3. n. 21. de resc. vend. mouentur *arg. l. 1. de act. empt. l. 10. quib. mod. pign. solu. l. 16. C. de fid.*

B

instr.

*De effectu
empt per-
fectæ.*

instr. l. 6. C. de her. vel act. vend. l. 1. in f. de rer. perm. l. 4. C. de act. emt. l. 10. l. 12. l. 40. ff. eod. c. per §. 2. vers. & ad exemplum I. de donat. ubi D. Borch. Paul. 1. sent. 13. §. 4. ubi Cuiac. & 1. feud. 1. §. si verò Episcopus. Eandem defendit Martinus glos. quem etiam secuti sunt Fabian. de Monte h. tr. de empt. q. 6. pr. n. 38. Duar. ad tit. C. de act. empt. Ant. Fab. 6. coniect. 17. confer Myns. 1. obs. 53. adde §. precium autem I. h. l. 6. C. de rescind. vend. l. 6. C. de act. emt. Accedit quod alioqui venditoribus daretur occasio malignandi, compellendo emptorem ad interesse probationem, qua difficilis est l. f. de prator. stip. siquidem in facto consistat. l. quatenus. de R. I. adde §. sed nedum talia. I. vi bon. rapt. l. 3. de oper. publ. Item, quod aliud pro alio inuito creditori non soluitur. l. 2. de reb. cred.

Accidentia. 19. Huc vsq; de substantialibus emptionis & venditionis; nunc de eius accessionibus quæstiones saltem difficiliore subijciemus. Hic primùm examinabitur quorundã a sententia, qui putant arrhis datis etiam ab emptione perfectâ alteri contrahentium altero inuito recedere licere, modo emptor recessurus arrhæ iacturam facere; venditor verò duplicatas reddere velit: Nos ne hoc quidem casu alterutrum à perfecto contractu resilire posse arbitramur b.

a Gomez. 2. var. res. 2. n. 18. ubi tres diuersas opiniones refert, confer Schneid. ad pr. I. h. t. n. fin. b arg. l. 17. C. de fide instrum. D. Borch. ad pr. & Ves. n. 6. idem in par. ff. h. t. n. 9. Donel. 13. com. 1. in fin. adde l. 1. l. 2. C. quand. lic. ab emt. rec. iunct. l. 1. §. 2. 3. de pact. l. nihil tam naturale 35. de R. I. l. sicut. 5. C. de O. & A. Nec refragatur d. pr. verb. venditio celebrata est. I. h. t. venditio enim ibi dicitur celebrata, non quod iure perfecta sit; sed respectu arrhæ, (quæ per se contractus est separatus d. l. 17.) facti, tractatus, ita docet Ves. d. lo. ex l. consilio. ff. de curat. fur. cum contractus sint facti & in facto consistent. Et sciendum, quod arrha aliquando sit & dicatur argumentum emptionis contracta, (ita in initio d. pr. I. h. t. describitur à frequentiori) aliquando etiam contrahendæ seu pacti de contrahenda emtione, ut in d. l. 17. sic arrha aliquando est argumentum nuptiarum contractarum, aliquando contrahendarum. confer l. 3. l. fin. C. de sponsal.

20. Huic quoq; contractui frequenter addi solent pactiones,

Etiones, utpote in diem addictio, & lex commissoria *a*. Ad-
dicere in diem est hac lege vendere, nisi quis intra certum
diem meliorem conditionem *b* obtulerit *c*. Vnde quaeritur
ad quem eius rei periculum, fructus & accessiones perti-
neant? Et si pura sit venditio, ad emptorem pertinere ad-
ferimus *d*.

a *Ves. in parat. ff. de in diem addit.* *b* *melior adferri videtur
conditio, si vel precio sit additum, vel facilius aut maturius precij solutio
ostendatur, l. 4. §. f. l. 15. §. 1. de in diem addit. Conan. 7. com. 9. n. 7.
l. 2. §. si in diem ff. pro empt. auth. hoc ius. C. de SS. Eccles. Couar. 3.
var. res. 8. confer l. si pignori. 29. fam. ercisc. In actione publica quid ob-
tineat, collige ex l. 1. C. de vend. reb. ciuit. l. 2. C. de locat. praed. civil.
c* *tot. tit. de in diem addit.* *d* *l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. d. r.*

21. Lex commissoria, est pactio quaedam de resoluenda
emptione, ut nisi intra certum diem pretium exoluatur,
inempta res fiat *a*. Sed an committatur, quando emptor, et-
iam non interpellatus pretium sua die non offert, dubitari
posset? Eam committi verius, ita ut etiam integrum sit
venditori vel pretium petere, vel legem commissoriam exer-
cere *b*, quam si vel vnus numus desit, locum habere qui-
dam *c* non sine ratione volunt.

a *t. t. ff. & C. de lege commiss. l. 13. §. ibidem. ff. de act. empt. Vid. l.
Emilius 38. in fin. de minor. b* *confer Couar. 3. var. res. 2. n. 8.
Hot. inc. 1. de feud. dat. in vic. Fanus de pignor. p. 4. n. 1. & seq. Cabal.
p. 1. milleloq. 122. c* *Bald. ad rubr. C. de contr. empt. q. 10. quem secu-
tus est Asinius de execut. §. 4. cap. 86. n. 14.*

22. Illud valde controuersum est, an & quatenus iuri of-
ferendi, quod competit venditori ex pacto de retrouenden-
do, praescribatur? Sunt qui ei longissimo tempore praescribi
posse statuunt *a*: Sunt etiam qui ne centum quidem anno-
rum iugi silentio illud terminari autument *b*. Nos priori
sententiae subscribimus *c*.

a *Ves. in para. ff. de rescind. ven. n. 6. Couar. 1. var. res. 9. Tiraq. de retr.
§. 1. gl. 2. n. 31. per l. 3. l. 4. C. de prescript. 30. vel 40. ann. l. 2. C. de pact.*

int. empt. §. f. I. quib. mod. re contr. obl. l. 3. §. 8. de act. empt. arg. l. 2. pr. l. fi. C. de annal. except. text. est in l. 7. §. 3. C. de prescr. 30. vel 40. ann. Idem obtinet de iure Saxon. Vide eleg. consult. Constit. Saxon. p. 1. q. 1. & q. 114. fol. 184. b Gail. 2. obs. 18. Myns. 1. obs. 16. qui sepius ita iudicatum in Camera testatur. D. Borch de usur. c. 6. n. 17. & seqq. Trent. h. disp. th. 10. & de usuc. th. 3. lit. 1. mouentur arg. l. 9. §. omnis 5. de pignor. act. iunct. l. 2. ff. de via publ. l. suus quoq. §. f. de hered. instit. l. f. de cond. instit. iunct. l. 13. de pignor. arg. l. 2. l. 7. C. de prescr. 30. vel 40. ann. iunct. l. pignori. 13. & usucap. l. quod si nolit. §. si quid ita 22. de edil. ed. l. 2. C. de pact. int. emt. ibi: ut quandocunq. & c. possessor mala fidei. de R. I. in 6. c. fin. de prescript.

23. Perfectâ emptione & venditione, venditor in re vendita & nondum tradita præstat dolum & culpam tantum leuem *a*, quam actione ex empto persequitur emptor, petitq; ut rem vacuum, cum fructibus à tempore contractus perceptis tradat: venditor verò actione ex vendito consequitur omne, quod ab emptore præstari oportet *b*.

a non leuissimam, siquidem in hoc contractu utriusq. utilitas versetur. l. 5. §. nunc vidend. ff. commod. l. 35. §. si res vendita. ff. h. t. l. 23. de R. I. Menoch. 3. presunt. 77. b Oldend. class. 4. act. 1. Bocer. ad l. 23. de R. I. c. 4. n. 7. & Delr. c. 9. Cuiac. in tr. 8. ad Afric. fol. 514.

24. In quæstione de periculo rei venditæ sic distinguendum *a*: Emptione consummatâ periculum omninò spectat ad emptorem *b*. Idem in emptione perfectâ tantum, si per ipsam rem venditam fiat, quo minus tradi possit *c*: Si verò ex causa extrinseca præstari non possit, periculum erit venditoris *d*, qui hoc casu actiones suas emptori cedendo liberabitur *e*: Si autem nullas habeat, quas cedere possit, condemnabitur ad restitutionem pretij, non etiam ad interesse *f*.

a cum Ant. Fab. 2. coniect. 4. contra Cuiac. in tr. 8. ad Afric. in explic. l. 33. ff. locat. confer Vasq. 1. ill. contr. 38. n. 23. Duar. ad l. certos. ff. de V. O. & ad l. 17. C. de fide instr. Gabriel. lib. 3. c. 3. de pact. b l. Lucius. 11. de enict. c l. 5. §. 1. de rescind. vend. l. 21. de hered. vel act. vend

vend. d. d. l. 33. locat. l. lectos. 12. cum duabus ll. seqq. ff. de peric. & com. rei vend. e §. 3. l. h. t. f l. 35. §. 4. ff. h. t. arg. d. l. 33. locat. l. 3. C. de enict. l. 74. §. mota. ff. eod. adde l. 7. & 8. de peric. & com. rei vend. Bocer. in l. 23. de R. I. cap. 4. n. 7.

Emptionis
dissolutio.

25. Nunc videndum est, qua ratione emptio & venditio dissoluatur. Si dolusemptioni venditioni, vel etiam cæteris contractibus bonæ fidei causam dederit, eos ipso iure nullos reddit *a*: Si verò in eos incidit, per actionem ex eodem contractu descendente purgatur *b*. Secusest in stricti iuris contractibus *c*.

a l. 7. de dol. malo l. 16. §. 1. de minor. l. 3. §. f. pro socio l. f. de constit. pec. l. 4. C. de her. vel. act. vend. Couar in c. possessor. p. 2. §. 6. n. 6. de R. I. in 6. & lib. 2. var. res. 4. n. 11. Duar. in l. si quis. 36. de V. O. ubi Zas. n. 1. & seqq. Donel. & Cuiac. idem Cui. in d. l. 7. Ant. Mercat. lib. 3. notat. ad animad. Robert. c. 1. 2. & 4. Gail. 2. obs. 2. n. 6. Myns. 4. obs. 73. n. 9. & 6. obs. 38. & in §. actionum. 28. n. 11. & 15. l. de act. ubi Don. n. 26. communem ait Pinel. in l. 2. p. 1. c. 1. n. 32. C. de rescind. p. 2. c. 2. n. 12. & p. 3. c. 2 Bronchorst. 1. assert. 38. Bocer. ad d. l. 23. c. 2. n. 5. de R. I. Dissent. Coras. in d. l. si quis. 36. & 2. Misc. 8. n. 4. Robert. 3. animad. c. 1. 2. 4. & lib. 3. not. ad notat. Ant. Mercat. c. 1. 2. & 4. Fab. in d. §. actionum. b l. 13. §. 5. l. 11. §. 5. de act. empt. l. 35. de pact. l. 3. C. commun. utr. iud. c Hi enim dolo non vitiantur, siue illis dolus causam dederit, siue in eos incidit. Sed ab initio iuris subtilitate subsistunt, & actio inde nascitur. Verum dolo circumuentus indemnitati suæ vel exceptione vel actione doli consulere potest, d. l. 36. ubi Duar. Cuiac. & Don. de V. O. l. 3. l. 5. C. de inutil. stip. Dn. Gædd. de contr. stip. c. 3. concl. 7. n. 91.

26. Si verò bona fide res sit vendita, ob minimam causam inempta fieri non debet: Et hinc in pretio dimidium vsq; , naturaliter licere contrahentibus se circumuenire nouissimo constitutionum iure inductum esse *a*, & quidem rectè, cum Pinello *b* contra Cuiacium *c* obtrinebimus.

a l. 2. C. de rescind. vend. l. in causa 16. de minor. adde l. cum postul. 44. §. si. de damn. infect. b ad d. l. 2. p. 1. c. 1. n. 2. ibid. Don. n. 14. & 22. c lib. 23. obs. 24. confer Molin. de usur. n. 170. & seq. Tiraq. in ll. Con. nub. p. 9. n. 8. & seq.

27. An idem in foro conscientiae procedat, controuertunt Interpp. ? Quod contra Dd. *a* affirmamus *b*.

a Nouarr. in manua. c. 23. n. 80. Curt. in l. p. C. de pact. n. 8. vid. Tiraq. in ll. Connub. d. loc. *b* arg. c. omnes. §. ex his 28. q. 1. Bald. in auth. ad hac. C. de usur. n. 16. Capol. de Simult. contr. p. 2. n. 8. & 20.

28. Quid autem si ultra dimidium laesio progrediatur ? contractus rescinditur, ita tamen ut electio detur emptori, iustum supplere pretium, vel restituere rem ipsam *a*. Hinc eleganter quaeritur, quidnam sit in obligatione, utrum res tantum, an cum re etiam precium ? Nos solam rem obligatam esse *b* contendimus.

a Non etiam fructus, quos bona fide percepit, l. 2. C. de rescind. vend. c. 3. c. p. ext. h. t. c. ad nostram 11. de reb. Eccles. Pinel. ad d. l. 2. p. 2. c. 4. n. 1. & seqq. Conar. 3. var. res. 3. *b* Re itaq; perempta, iustum precium refundere non tenemur. d. l. 2. ubi Don. n. 14. Pinel. p. 3. c. 3. n. 1. & seq.

29. Hic subsequentes placet enodare quaestiones: an remedium l. 2. C. de rescind. vendit. priscis quoq; Ictis cognitum fuerit ? Neg. *a*. An pertineat etiam ad emptorem ? Aff. *b*; Et an ad rerum immobilium venditionem ? Aff. *c*. Quid si venditio iudicis autoritate & decreto facta sit ? idem *d*. Nunquid hoc ius ad locationem conductionem, permutationem, diuisionem & similes contractus recte producitur ? utiq; *e*. Interim tamen in transactione *f*, & donatione *g* diuersum esse *h* contra plerosq; statuimus.

a per d. l. 2. ibi: humanum est, l. 16. §. 4. de minor. l. item 22. §. f. l. seq. locat. arg. l. 15. §. 3. de re iud. Pinel. in d. l. 2. p. 1. n. 3. & seqq. Dissent. Cuiac. 23. obs. 24. Gl. & Dd. in d. l. 2. unum tamen casum excipio, videl. dotis aestimatae, de quo l. si res, 13. §. 1. & l. 16. de iur. dot. *b* cum Pinel. in d. l. 2. p. 2. c. 2. n. 17. & p. 1. c. 2. in pr. Robert. 2. animad. 13. & lib. 2. not. ad Mercat. c. 13. Fachin. 2. q. 16. Dissent. Cuiac. 16. obs. 18. & 23. obs. 32. & in par. C. de resc. vend. & sub nomine Ant. Mercat. lib. 2. c. 13. Molinaeus in tract. de usur. *c* arg. d. l. 2. vid. Ant. Merc. 2. not. ad animad. Rob. c. 12. Dissent. Robert. lib. 2. animad. c. 12. & lib. 2. not. ad Ant. Merc. c. 12. per d. l. 2. & l. 8. C. de rescind. vend. arg. l. 41. de acq.

acq. poss. d per l. 11. C. de prad. minor. e. dilecti c. cum causa. ext. de
 empt. & vend. iunct. tot. tit. ext. de reb. Eccl. non alien. Gomez 2. var.
 res. c. 2. n. 22. Menoch. 2. presunt. 75. n. 34. vide Fachin. 2. q. 20. Pinel.
 in d. l. 2. p. 2. n. 20. 21. & 22. & ibid. dissent. e Donel ad d. l. 2. n. 19.
 20. 21. per l. 1. locat. & pr. I. eod. facit l. 1. §. si quis, §. seq. ff. si quis in
 fraud. patron. Robert. 2. anim. c. 14. & 2. not. ad Merc. 14. Varias o-
 piniones refert Pinel. d. p. 1. c. 3. f arg. l. 19. C. de transact. l. 65. pr.
 de cond. indeb. l. 15. §. 3. de re iud. l. 78. §. f. ad SC. Treb. D. Borch. de
 transact. c. ult. Gail. 2. obs. 70. Bocer. in repet. l. ea qua. C. de cond. in-
 deb. inf. tr. de donat. collocata. Don. ad d. l. 2. n. 22. sequitur hanc sent.
 A. Fab. de errorib. pragmat. decad. 8. error. 10. Dissent. Pinel. in d. l. 2.
 p. 2. n. 12. & seqq. vsq. ad n. 33. quem sequitur Fachin. 2. q. 26. g Don.
 ad d. l. 2. n. 22.

30. Hanc tamen contractus rescissionem & ad æqualita-
 tem reductionem non per in integrum restitutionem a, nec
 per conditionem ex lege b; Sed per actionem ex eodem
 contractu descendente (sc. emti venditi) vel doli excepti-
 onem fieri contra alios concludimus c.

a arg. l. 11. §. 5. l. 13. §. 4. & seq. §. si quis 27. de act. empt. gl. in d. l. 2. l. 10.
 de resc. vend. & in l. 3. C. ex quib. caus. maior. v. variantes. Cuiac. in par.
 C. de resc. vend. inf. & 23. obs. 32. & 16. obs. 13. Rob. 2. animad. 13. Donel.
 in d. l. 2. n. 16. Pinel. p. 1. c. 3. n. 9. & p. 2. c. 1. n. 29.

31. Numerum claudat quæstio satis intricata, an si agna-
 tus requisitus emere noluerit, hoc ipso ius *ωεπιμνησως* repu-
 diaffe censeatur? siquidem certa precij & emptoris designa-
 tione conuentus emere recusauit, eum minimè audiendum
 esse a contra Molinæum b & alios pronunciamus.

a arg. l. qui Romæ 122. §. coheredes. ff. de V. O. ubi Dd. Pist. d. loc. n. 58.
 b in constit. Pariens. §. 13. gl. 1. n. 6. quem sequitur Tiraq. de iure retract.
 §. 1. gl. 9. n. 114. Refutantur à Pist. d. loc. n. 61. & 63.

COROLLARIA.

1. Emphyteusin etiam sine domini consensu alienari posse cum
 Donello contra Sichardum defendemus.

2. Feudum antiquum Stamlehn / tanquam nouum concessum,
 naturam suam non immutare verius est.

3. Mixtami


3. Mixtam feudi speciem à Dd. adinuentam ex sententia D. Borcholt. reijcimus.
4. Si inuestitura pro masculis & fœminis facta sit, fœminam defuncto masculo admittendam esse, negat Dn Hermannus Vulteius: Affirmat D. Borch. cui accedimus.
5. Fœminam in feudo emptitio succedere ait Gail: Negat Mynsing. cuius sententia verior est.
6. Nouum molendinum inuitis vicinis ædificare licet, etiamsi lucri intertrimentum inde vicinis adferatur: Interim tamen cauendū, ne per restagnationem solitus aquæ cursus interuertatur.
7. Parens ob æs alienum à filio in studijs vtiliter versante contractum in solidum conueniri potest: patre verò mortuo æs alienum viuo patre contractū ex communi hereditate exoluendū erit.
8. Immò patrem locupletem ab ipso filio cogi posse existimo, vt ipsi sumptus studiorum subministret.
9. Illud difficilius, an hos sumptus præcipiat, nec conferre teneatur coheredibus? Et nisi probetur contraria parentis voluntas, non collaturum veritati magis consonum est.
10. Idipsum quoq; ad libros filio à parente emptos & sumptus magisterij, doctoratus vel similes rectè porrigimus.
11. Tandem secundum saniorum interpp. sententiam, mortuo patre sumptus fratri ex communi hereditate ad perficiendum studium viuo patre inceptum præstandos esse, magnum inde solamen percipientes plenis faucibus proclamabimus.


Ad Respondentem.


TOrpeat ingenium ne fors iuuenile, situq;
 Oppressum cultu deficiente cadat:
 Est exercitijs opus acribus. vtere vitæ
 Vere tuæ, & mentis vis tibi maior erit.

*Henricus Meibomius, Poëta Casarius &
 acad. Iulia professor.*

F I N I S.







T IVVANTE DEO,
ad
TA SVBSEQUENTIA

DE
TIONE
VENDI
TIONE;

RAESIDE
ANDREA CRA-
NO VVESTPH. IN IN-
ma Academia IVLIA, qua
Amstadij, pro virili
respondebit

S CALENIUS
Voldenberg.
j horis & loco consuetis.

MAESTADII
Jacobus Lucius.
D. CIO. IO. CI.

